



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini  
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,  
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

**Erbermann, Veit**

**Heripoli, 1661**

Appendix. Adversus Titii & Sempronii maledicas Cavillationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9498**

# APPENDIX,

## Quâ profligantur CAVILLATIONES MA- LEDICÆ à TITIO ET SEMPRONIO Helmstadiensibus novissimè protrusæ.

**T**Itius (ut in proœmio dixi) totus est in sermento, benedictionib[us]que Luthericis. Quicquid adversarius sentit, dicit, facit, insanum, scurrile, sycophanticum est; quod verò ipse, urbanum, Christianum, Theologicum. Arbitrium esto penes quosvis lectores cordatos. Ego flosculis Titianis (qui sanè multiplicati sunt super numerum) relictis, ea quæ ad rem pertinent mox lustrabo, ubi *Lapsus* aliquot illustriores è Proœmio notavero. I. pag. 7. putat se retor quere dilemma meum, quo dixeram: [Vel bene feci ego, cur ergo me cedit? vel male, cur Titius me imitatur?] ac me simili cerafino referire, sic: *Si benefeci, cur me obiurgas, cur irascaris? Si autem male, cur exemplo mihi præiuvisti?* Verùm ira Titio mentem perstrinxit, ut non adverteret, indignum esse, non dicam Theologo, sed quovis viro honesto, ad excusandas excusationes in peccatis prætendere frigidum illud pueris aut viliibus scurris usurpatum: *Titius vel Sempronius me induxit exemplo, consilio &c. ad hoc facinus.* Debebant porro Titius & Conringius solidè everttere ea, quæ scripsi in Exam. Examinis Interrogat. I. §. 5. Sed hoc nec

Nec extre  
scii, male  
tiam in Ca  
defendi.

¶ II.  
nestum Ha  
non erubu  
notissimum.  
nuncupârii  
quod illud  
& inhone  
(receptissim  
f[ac]a crimen  
à Christo,  
gioso & Cl  
rum & Spa  
quoad fide  
tam, hære  
remur; ni  
apostata m  
fuisse addic  
ticis ac à Ca  
therano, Ap  
mo. Anne  
oblitus est i  
qui non abi  
rinorum non  
sedit! Quan  
sto, neque  
scendi ad in  
verè dici p  
Calvinismi  
sensu ad hæ  
detestati su  
Plura, Baptis  
conceptis v

¶ III. L  
falsi crimen

nec extremo dito audent attingere, satis si biconsci, maledicentiam Calixtinam & falsiloquientiam in Catholicos nec coram proprio Duce posse defendi.

¶ II. Purgari se à *rexxnypgeia* (quâ etiam Ernestum Hassiæ apostaticum Landgravium appellare non erubuit) purat ex eo, quod & ego Spalatensem notissimum apostatarum, Sporerum perfidum apostaram nuncupâri in i. p. Irenici. At obstat non modo, quod illud excusandi genus, ut jam dixi, illiberale & in honestum sit; sed vel maximè etiam, quod (receptissimo usu apud Theologos & Clericos) Apostasiæ crimen incurritur non modo per defectionem à Christo, sed etiam per defectionem à Statu Religioso & Clericali, quam labem contraxisse Sporerum & Spalatensem lippis & tonsoribus notum est: quoad fidem Catholicam verò ab illis simul deseritam, hæreticorum non apostatarum nomen mentitur; nisi forte Spalatensem quis dicere mallet apostaram, quia nulli Ecclesiæ ex animo videtur fuisse addictus, adeoque defecisse & quæ ab hæreticis ac à Catholicis. Adde, per absurdè dici à Lutherano, Apostasiam incurri recedendo à Calvinismo. Anne Calviniana fides Christi est Titio? an hic oblitus est illud Patriarchæ sui effatum? Beatus vñr, qui non abiit in consilio Zwinglianorum, & in via Tigurinorum non stetit, & in cathedra Sacramentariorum non sedidit! Quanquam nec de Cels. D. Landgravio Ernesto, neque de me, nostriq; similibus, quos sors nascendi ad infelices novi Evangelii scopulos impegit, verè dici potest nos desertores esse Lutherani: vel Calvinismi, cui nunquam formaliter & pertinaci assensu adhæsimus, sed mox cognitam ejus impietatem detestati sumus, atq; Ecclesiæ illi, cuius est SS. Scriptura, Baptismus, nucleus & omne bonum Christianum, (ut conceptis verbis Lutherus fatetur) nos addiximus.

¶ III. De Calixto, inquit p. 9. certus sum per apertum falsi crimen ei Erbermannum tribuere, quod Romanam

Nnnn s faciat

faciat (juxta illum) partem præcipuam Christianæ Ecclesiæ. Ego verò vicissim certus, nisi Titius vim faciat in totidem verbis, (quod esset puerile, si non flagitiosum) rem ipsam à Calixto frequenter inculcatam, ac plenè eodem modo intellecta ejus dicta fuisse à Dorfchæo, Hülsemanno, Calovio, Danhavvero, Eichsfeldio, aliisque Lutheranis Lutheranis. Videantur Calixti Dedicatoria ad Augustum Ducem Disp. de Commun. subutraque; item Appendix der Wiedergung D.V Velleri, anno 1651. num. 9. 10. II. Calovius in Harmonia &c. anno 1655. editâ, pag. 108. & seqq. ubi conceptis verbis Calixto ut intolerabilis impietas exprobratur, quod Papistas pro fratribus admis-  
sat, & suscipiat, eosdemq; fundamenta salutis integra servare afferat, (ut è Calixti Epier. ad Coll. Thor. th. III. & IV. notum: ) quod Synagogam Antichristianam & Apostatis-  
sam pro Ecclesia Catholica & Apostolica habeat, sig. ac-  
senseat &c. Quid verò ego nisi phrasi diversum pro-  
nunciavi? nisi fortè Titius in dubium vocare ausit,  
inter quatuor partes, quas signanter in suâ Calixtus  
Ecclesiam recipit, Pontificiam esse ampliorem Græ-  
cæ, Lutheranæ & Calvinicæ, singulis seorsim sumptis.  
Arbitretur jam quisvis cui cerebrum ad calcaneum  
non defluxit, egone aperti criminis Falsi, an verò Ti-  
tius Sycophantiæ damnas esse mereatur?

**T** IV. Perquam lepidum est, quod ibid. huic Qua-  
sito, [Cuius hodie Religionis sint DD. Helmstadienses?  
Cum Calixtum in anathemate Saxonico decepisse constet;  
an verum, quod dextræ fraternitatis in vicem porrixerint  
Helmstadienses et Saxonici?] nihil hahuerit quod honeste  
reponeret, nisi unum hoc, Tua quod nihil refert, per-  
sonari define. At, quæso, cur nostra id mi-  
nus refert, quam plurima, quæ Tu è Catholicis per-  
contaris? Vides, opinor, & legem Tibi sic statuere  
Te, qua compellari acquiescere similibus responsis  
nostris; & nihilominus etiam ea dissimulatione  
hanc obscurè nobis insinuare, Vos Helmstadienses  
vet

vel reconcili-  
mate absolu-  
maritan: B  
huic præfrat  
Cathedra hæ-  
statas repudi-  
cie potest. C  
& vos nobis  
strum arride-  
dumne ad H

Ca

I. Co

In probandis C  
rupidè præter-  
cam cupidè ce-  
genium ple-  
sibi satis ap-  
verbis Saeris  
am; hæreti-  
rendi consu-  
clarè tradid-  
z. cujus ve-  
s. Priorus ei-  
(ut multotie-  
toribus-Bib-  
Ecclæstica-  
tas.

II. C

exigere à no-  
rum dogma-  
scatet conv-  
eius disputa-  
Nos Luthe-  
rum in foro  
num. T  
qua erroris

vel reconciliatos Saxonici, & sic ab horum anathemate absolutos Calixtinum Syncretismum ut Samaritan: Babylon: Atheisticum-detestari; vel si huic præfactè adhæretis, à Calvio *alma Lutheræ Cathedra* hærede penitus ut impios hæreticos & apostatas repudiari. Tertium fangi cum nulla veri specie potest. Cur vero nostra non intersit hæc rescire, & vos nobis candidè respondere? Quid si cui nostrum arrideret purum Lutheri Evangeliū? eundumne ad Helmum erit, an ad Albim?

### Cavillationes Titij dissipantur.

I. Conatur is iteratò evincere, nos Catholicos in probandis Christiana religionis dogmatibus, Scripturas rupide prætervehi, & amare ad Antiquitatem Ecclesiasticam cupidè convolare. At frustra declamat Titius, & genium plerisque omnibus hæreticis communem sibi satis aperte vendicat. Catholicorum morem, verbis Særis intelligentia Ecclesiastica jungendi authoritatem; hæreticorum vero hæc spretâ suo sensui inhærendi consuetudinem, iam ante M.CC. annos præclarè tradidit S. Vincentius Lirin. in Comonit. cap. 2. cujus verba adnumeravi Tom. 2. lib. 2. c. 4. §. 3. Prorsus eius responsio nostra responsio est. In hoc (ut multoties dixi,) differimus ab omnibus Novatoribus-Biblistis, quod illi proprio sensu, Nos juxta Ecclesiasticam traditionem intelligamus Scripturas.

II. Quod dixeram, Protestantes immerito exigere à nobis Catholicis ullas probationes nostrorum dogmatum &c. Titius certè non evertit. Quam scatet convitiis declamatio, tam inops à ratione est ejus disputatio, quæ his paucis verbis includi quit: *Nos Lutherani sumus accusatores falsitatum & errorum in foro disputatorum, non in foro civili crimis.* Tales autem accusatores meritò petunt, ut illa *qua erroris arguunt, ab iis qui talia tueri volunt,* &

injustis principiis, utring, cum primis concessis, firmetur & ostendantur. Ergo &c. Resp. Vtraq; propositio luculentâ falsitate laborat. Prior quidem, quia Lutheri & sequacium accusatio, (quod Papa sit Antichristus, Episcopi eius Satellites, Academia lupanaria, & innumera similia) profecto non est speculativa disputatio, sed prorsus tendit ad desertionem, detestationem & extinctionem totius Ecclesiarum: quis dubitet? Posterior recepto mori Scholarum & rectarum rationi satis manifeste repugnat. Nunquid apud vos Julianos, confutur etiam pro supra summa Laurea satis facere Defendens, qui ab Opponentis argumentis non potest compelli ad contradictionem? an non ubivis gentium inter Academicos plurimum differt Examen à Disputatione?

Nihilo veriora & solidiora sunt, quæ deinceps sequuntur: Vnde ex tanta tamque convitiatione verbositate, vix reperiire est aliud, quod novam responsionem aut confutationem mereatur. Purum Verbum DEI (juxta Lutherum ejusque filios) non potest nec debet esse nisi textus Sacerdotis (Catholicorum longe aliter sentiunt & loquuntur:) Nam præter hunc non potest ab illis quidquam fingi, nisi vel Interpretatio, vel Syllogistica deductio. Iam vero qui LEGEM INTERPRETANDI VERBI DIVINI NON PATTITVR, is vel est infallibilis, vel fallibilis. Si prius sibi arrogat, legat nobis hoc ex aperta Scriptura, aut ostendat Diploma DEI sigillatum miraculis & potentis. Si posterius, ostendat, cur eius unius interpretatione præferenda universali Concilio? Si fallibilis interpres sufficit, cur non quisque sibi ipsi? cur non acquiescimus omnes insano illi Adolphi Venatoris Batavi consilio, quod recitavi in i. p. Iren. c. 2. §. 7. & sic erit præclara pax psittace. Calixtina? Porro è vitiosa & fallibili principiorum interpretatione, non potest non saltem aquæ vitiosa & fallibilis inferri Conclusio. Quod in uno Musiano Syllogismo hic §. 3. ostendi, idem innumeris aliis Gerhardinis ostendo in hoc opere. Si vir est Titius, eximat Gerhardum

hardum à juf  
perilis argut  
vat nativam  
cedentia & con  
deprædicare  
opinione, p  
heresis argui  
Calixtus Gie  
Aft. 2. Ephes  
Dogma illau  
§. 1. damna  
minabilis, set  
psistarum & h  
Saxonici, qm  
Calixtum ob  
leviores (ut  
necum absque  
tijutius par  
spondere frig  
taris define. Si  
nifestas, tev  
tueri non po  
patens, ut ei  
tandi Verbi di  
in ipsius Lut  
Bellarmini &  
patiamini.  
quodlibetica  
est palpabilis  
longe clementis  
philosophia  
neuticæ tam  
Inania  
ne subjicit.  
tingium rem  
us, & meum  
fectum) &  
laici. IV. §. 4.

hardum à justa condemnatione tam flagitiosa, quam  
puerili argutationis & interpretationis. Et quid ju-  
vat nativam verborum claritatem, scopum dicentis, ante-  
cedentia & consequentia, collationem locorum similiū &c.  
deprædicare? Nunquid saltem Lutherani hoc, suā  
opinione, præstant egregie? Et tamen vos invicem  
hæresis arguitis, ex.gr. circa ubiquitatem. An non  
Calixtus Glossas lenensium in c. Matth. 18. & 28.  
Act. 2. Ephes. 1. Coloss. 3. 1. Pet. 3. Ephes. 4. & totum  
Dogma illaudabile Ubiquitatis suprà Tom. 1. l. 2. c. 1.  
§. 1. damnavit erroris Eutychiani, hoc est tam abo-  
minabilis, ut p̄r eo tolerabilius sit Transubstantiatio Pa-  
pistarum & hæresis Sacramentaria? Nunquid vicissim  
Saxonici, qui aliam B. Lutheri Cathedram possident,  
Calixtum ob negatam Ubiquitatem aliósque haud  
leviores (ut rentur) errores, tanquam cervicosum ha-  
mickum absque Synagogis fecerunt? Dic tu, bone Ti-  
tius, trius partis interpretatio probanda? Noli re-  
spondere frigidum illud: *Quod tua non refert, per con-  
sideri define.* Si hic categorice non respondes, orbī ma-  
nifestas, te vestram illam Hermeneuticam à flagito  
lueri non posse. Et sanè est huius flagitium tam  
patens, ut cùm Lutherus suo tempore leges interpre-  
tandi Verbi divini tantum, noluerit pati; vos jam etiam  
in ipsis Lutheri, imò & Catholicorum S. Thomæ,  
Bellarmini &c. dictis nullam legem interpretandi  
patiamini. Vel sola hæc Hermeneutica Luther-  
quodlibetica (ut innumera alia Motiva taceam) tam  
est palpabilis absurditatis, ut non dubitate me  
longè clementiorem habitum judicem DEV M, si  
philosophiæ naturali acquiescerem, quam si Herme-  
neuticæ tam perspicue improbitatis.

Inania etiam Effugia sunt, quæ de Præscrip-  
tis subjecit. Frustramē Titius ad Calixtum & Con-  
tinguum remittit. Solvat sive Titius, sive Contingiu-  
us, & meum (ex Ictis pariter & Theologis con-  
fessum) & Tertullianæ argumenta in Exam-  
inati. IV. §. 4. producta. Frustra ringitur in Tertiul-  
lia.

lianum, cuius sicut post hæresin admissā spernimus, ita, dum Catholicus fuit, maximi facimus auctoritatem; uti & summi fecere SS. Cyprianus, Hieron. Vincentius &c.

¶ II. Contra Valeburg. Methodum Augustinianam multa quidem contumeliosa, nihil autem nervosum stringensque profert Titius. Iam prodiere vindicaz ab ipsis Authoribus, ut opus non sit hic aliquid addere.

Quod demum jubet me probare peremptorii mei argumenti Minorem, nempe [quod Nulla permisus Interpretatio, nulla Consequentia, quibus Lutheranus asseritur, Catholicus negatur articulus, fiat evidenter credibilis tanquam revelatus à DEO:] Resp. Id me præstissem. 1. quia innumerat ostendi vestras interpretationes, maximè in Apocal. Daniel. & 2. Thes. 2. esse blasphemas, tropicas, adeoque proprias vestris principiis è diametro contrarias, 2. quia plurimas in hoc Opere argumentationes Lutheræ-Calvinicas monstravi esse flagitiosas, aut pueriles saltem. 3. generaliter, quia in Anti Musæi cap. V. probavi, omnem Lutheranam Ecclesiam & doctrinam non habere propria ulla Signa, nisi quibus evidenter reddatur incredibile, quod sit à DEO profecta. Nec proficit quicquam Titius cum ait; *Evidenter credibile esse etiam illud quod cum Scriptura evidentem habet connexionem.* Ut enim hoc deimus, id Lutheranis tamen argutationibus non suffragatur, cum pleraque omnes non habeant nemum vel probabilem cum principiis revelatis, ut innumeris hoc in Opere allatis exemplis constat. Illud Musæanum, quod adduxi, illustre est, sed non solum: alterum adhuc illustrius, quod ex Hodomaria Argentinate in Proœmio adduxi. Non est autem meum argumentum, sed Titii commentum cum ait, me sic concludere: [Vnus Syllogismus Lutherani cuiusd. Doctoris non concludit. Ergo Lutheranis è Scriptura argumentantibus non plus credimus, ac eorum

terum somni  
pretationes  
les non esse,  
Exempli gr.  
Argutationi  
num in Proc  
¶ III.  
Asserebam  
arduum, S  
tem cognosc  
studio tracte  
nequaquam t  
rit sensum ip  
ipsamet sola c  
Titius, sed  
ostendit ans  
ut dixi §. 1.  
cum illustri  
Helmstadii  
Gracis & O  
tius. In p  
modò Hier  
Vürtenber  
Patthenio P  
dalis conde  
Foreri. Vt  
atem novi  
ditione SS.  
femnolenta,  
thericis Ca  
tiones orie  
ditione con  
lis. Ergo ne  
nibus obvii  
Abrahamu  
ait esse eos de  
smatici uti

orum somniis.] Non hoc dixi ego, sed Eorū Interpretationes & consequentias non modò infallibles non esse, sed SÆPE etiam impias & blasphemias. Exempli gr. adjeci §. ult. I. Appendicis specimen Argutationis Musæanæ. Iam addo Dannhauverianum in Procœmio, & sine numero in decursu alia.

¶ III. Cavillatio agit de sensu SS. Patrum. Asserebam ego, §. 3. Non esse tam operosum aut arduum, SS. Patrum in controversis articulis mentem cognoscere, si res non cavillandi, sed veritatis studio tractetur. Hinc Titius infert, Ergo similiter nequam tam arduum ut Pontificii singere amant, fuerit sensum ipsius S. Scriptura in controversis articulis ex ipsamet sola cognoscere. At in primis hoc dicit quidem Titius, sed minime probat. Pro nobis oppositum ostendit ante 1200. annos S. Vincentius Lerin. c. 2. ut dixi §. 1. cui è diametro se opponit Titius, eis cum illustri præconio olim à Calixto fuerit recusum Helmstädtii illud Commonitorium. Quæ 2. de Græcis & Orientalibus dixi, nec leviter quatit Titius. In promptu est (quod dolet Lutherici) non modò Hieremiac Patriarchæ superiori sæculo data Würtenbergensibus, sed etiam nostrâ memorâ à Parthenio Patriarcha contra neo-Evangelicos Synodalis condemnatio, quæ extat in 2. p. quæst. vex. P. Foreri. Vterque justè reprehendit desultorianam levitatem novi Evangelii in deserenda Ecclesiastica traditione SS. Patrum. Porro Consequentia hæc non somnolenta, sed melior est plerisque omnibus Lutherici Catholica dogmata impugnantibus: [Nations orientales omnes ex antiqua Sanctorum traditione consentiunt Catholicis in plerisque articulis. Ergo non est arduum &c.] Ceterè quod est omnibus obvium, non est arduum Leonem Allatum & Abrahamum Echelensem calumniatur Titius, cùm sit esse eos desultores. Non ita multi sunt in Gracia Schismatici ut ipse putat, ut etiam dixi in Antarcticō.

Quid

Quid verò opus est texere Catalogum Tractatuum,  
quibus SS. Patres tamò ante rejecerunt redivivas  
vestras hæreses in Vigilantio, Ioviniano, Aërio &c.  
damnatas? Nec ipsi Centuriatores id dissimulant,  
sed Nævos Patrum vocant. *Lutherum contemnere San-*  
*dorum autoritatem Patrum, non tam constat ex Edit-*  
*to Imperiali (cuius plagulam recitavi in Proemio)*  
quàm ex perspicuis Lutheri verbis tam in particu-  
lari quàm in generali; quæ cùm extent collecta in  
P. Tanneri Anatom. p. r. Dem. VII. & aliis, super-  
fluum est huc ea arcessere. Nominet, quæso, Titius  
vel unum Scurram è qualibuscunque Christianis,  
qui Lutheri impiam petulantiam etiam in hac parte  
superarit. Nónne Lutheri CERTITVDO IN-  
FALLABILIS, quâ LEGES INTERPRETANDI  
VERBI DEI non patiebatur, conceptis verbis in lib.  
contra Regem Angliæ, ab illo prælata est mille Cypri-  
ania, mille Augustinis? At, inquit Titius, incipit hic  
causa sua prorsus diffidere Erbermannus. Cur? Quia di-  
xit: *Quamvis daremus, non esse subinde in aliqui-*  
bus irriticulis Fidei inter nos controversia tam aperi-  
tum SS. PP. sensum; apertissimum tamen est ex una  
nimis eorundem sententia, oportere in Fidei quæ-  
stionibus Ecclesiæ stare judicio. Hæc vera sunt, nec  
tanquam luxantur per illud à Titio Illatum: Ergo  
frustraneam operam insumperunt Bellarm. & alii, quando  
in singulis Controversiis PP. dicta cumularunt, & in con-  
sensum qui tam apertus non erat, cogere desuda-  
runt. Cur, quæso, frustraneus ideo labore erit in  
conquirendis SS. PP. sententiis? Nunquid in ipso-  
rum Apostolorum primo Concilio etiam frustra-  
nea fuit magna conquisitio, cùm ipsi alioqui essent  
infallibles? Et nunquid Theologus laudabiliter  
Dogmata sua omnigenere fundamentorum confi-  
mat & illustrat; et si propter hæc tanquam moti-  
vum formale haud credit?

IV

illustre Interp.  
Scriptura tantum  
suum libitum  
sensum torque  
Scriptura non a  
nos Catholicos o  
libris & Scrip  
canonicis; m  
cùm omnibus  
scripto verbo  
maiusculis ex  
& palpabilem  
Verbi divinum  
totius Fideis  
Lib. I. cap. u  
  
Sed  
michi Dion. P  
loquitur, ut e  
QVOVIS æ  
Ecclesia ut fi  
& piis unqua  
ter constare,  
corum hoc u  
enim admittit  
in articulo F  
cum. Nec op  
z. lib. z. cap.  
instituto,  
[ De quo OM  
creti firmitate  
vera omnino  
Nam quod h  
tenent. Papa  
definientem  
ulus Fidei i  
heresis: prox

¶ IV. Cavillatio, in cuius initio paradigmam illustre Interpretatoriæ artis Titius exhibet, non in Scriptura tantum & Patrum verbis, sed & meis ad suum libitum versandis, & in notoriè oppositum sensum torquendis. Dixeram ego §. 4. quòd sola sacra Scriptura non autem SS. PP. libri sint regula Fidei, idque nos Catholicos omnes fateri. Clarum est me nonnisi de libris & Scripturis loqui, & canonicas opponere non canonicas; minimè vero de verbo DEI non-scripto, cùm omnibus Catholicis fide certum sit, hoccum scripto verbo patris pietatis affectu recipiendum. Hic maiusculis exprimit ly SOLA, & per intolerabilem & palpabilem imposturam mihi affingit exclusionē Verbi divini non-scripti, quod omnes Catholici ut totius Fidei subversionē execramur, uti suprà Tomo I. Lib. I. cap. ult. multis ostensum est.

Sed enī mox altera fraus. pag. 22. Opponit mihi Dion. Petavii verba; qui tamen non expressè loquitur, ut ego, nempe cùm SS. Patres, aut Doctores QVOVIS ævo unanimiter tradiderunt aliquid in Ecclesia ut fide divina creditum, nec ab aliis doctis & piis unquam in dubium vocatum, de eo sufficienter constare, quòd sit dogma Fidei. Nemo Catholicorum hoc unquam vel in dubium vocavit: alias enim admittendum esset. Ecclesiam universam posse in articulo Fidei credendo errare, quod est hereticum. Nec opus hic pluribus herere, cùm suprà Tom. 2. lib. 2. cap. 2. Infallibilitas Ecclesie in credendo, ex instituto, probata & defensa sit. Petavii verba [De quo OMNES inter se congruunt, id vel Catholici decreti firmatatem obtinet, vel certè eò proximè accedit.] vera omnino sunt, nec mihi ullatenus adversantur. Nam quod hodie Theologi Catholicci omnes ex. gr. tenent. Papam ex Cathedra sine Concilio generali definitiorem esse infallibilem, non est quidecum artius Fidei ita manifestus, ut oppositum sit apertabiles: proximè tamen abest, ut suprà dixi, & paulò

pot.

post recurset. Quæ subdit de Infallibilitate Concil. generali. in princ. Tomi II. examinata sunt. *Bolus ex S. Augustino contra Concil. generalis infallibilitatem obiectus*, est crame tories excusa, quam Hermeneutica Lutherana sophistico embamate in peregrinum Authori prorsus contrarium sensum transformavit.

Quod denique Lutheri & Borrae sacrilegam copulam palliare conatur S. Cypriani Martyris suffragio, grandem huic iniuriam facit, cum ille eiusmodi nuptas conceptis verbis Christi adulteras nuncupet, ut supra in Tomo 2. lib. 4. de Yoto Constantia dictum est.

¶ V. Cavillatio. SS. Patres sua dicta & scripta voleuisse exigi ad normā S. Scripturæ extra controversiā est, hoc sensu, ut nihil vellent admitti Scripturis repugnans. Non minus tamen certum est, eosdem Sanctoros, ubiunque Scriptura indiget interpretatione (maximè circa Fidei dogmata) noluisse aliam nisi traditioni Ecclesiastice congruam, ut vel ex solo S. Vincentii Ler. Commonit. c. 2. claret. Hinc certum iursus est, interpretationes privatorum traditioni Ecclesiastice obstreperas, somper ut hæreticas aut erroneas iure fuisse explosas. Iam verò cum plurima S. Scripturæ loca in articulis controversis varias patientur interpretationes [certissimum enim est, absoluere potuisse Christum instituere S. Eucharistiam iuxta sensum vel Catholicorum, vel Lutherorum (non Vbiistarum) vel Calvinorum] queritur, an verba illa, HOC EST CORPVS M E V M, ex gratia, ut in S. Codice iacent, permittant quamlibet ex illis interpretationibus, possint esse Regula ad quam exigantur SS. Patrum scripta, quatenus cortex literæ admittit quemlibet ex illis sensibus? An verò quatenus substant interpretationi Impanatorum Lutherorum? (Calvinicam enim interpretationem figuratam & Transubstantiationē Ca.

Catholicorum  
cum, ostium  
soni cui libe  
tendum adm  
opostere ad  
nibus exposi  
Lutherano s  
quam ipse ve  
meum (plan  
serimam &  
præclare even  
titatem, statu  
Neque ego h  
Catholicam,  
tam Tom. 1.  
del. 2. cap. 2.  
juxta suam  
rit, profiteri  
tem. 2, quare  
sensum de Sc  
cripta? Respo  
omnes fidel  
in professione  
decidendis v  
tali, vel aliâ  
& Theologis  
et hæc eva  
tius: Verba C  
ree Calvinisti  
verborum, re  
cap. xi. 1. Cor.  
mum ita est  
suprà citare  
tradere  
quia legen  
thero non

Catholicorum respuit Titius ) Si dicat Titius primum, ostium patens aperit omni hæresi, & perversiōni cuilibet tam Scripturæ, quam Patrum. Si secundum admittat, re ipsa dicit SS. Patrum scripta oportere ad Scripturam Lutheoranis interpretationibus expositam examinare ; quod tamen à me ex Lutherano sensu illatū vilissimam calumniam vocat, quam ipse vel maximè admittit, cum ait discursum meum ( planè evidenter & convincentem ) esse misserrimam & pudendam Sophisticen. Videamus quam præclare evertat. i. querit, an ille qui profiteretur infallibilitatem, statim quoque præstet securitatem? Resp. non. Neque ego hīc aliud dixi, quam eandem Ecclesiam Catholicam, quæ profiteretur Infallibilitatem ( probatam Tom. 1. Lib. III. c. 6. & Tomo 2. l. 1. c. 5. & l. 2. cap. 2. ) etiam præstare securitatem. Titius iuxta suam Hermeniam quodlibeticam mihi affinit, profiteri Infallibilitatem esse præstare securitatem. 2. querit, quid intelligam per Ecclesiam, ad cuius finem de Scripturis divinis habitum examinanda sint PP. scripta? Resp. In articulis iam decisis intelliguntur omnes fideles tam oves quam Pastores, qui omnes in professione Fidei ex formula Trid. conspirant; in decidendis vero esse Papam, vel cum Concilio generali, vel alias sufficiente conquisitione Sacerdotum & Theologorum, ut supra & alibi sape probatum est; unde evanescunt frigidi cavilli Titiani 3. ait Titius: Verba Christi, Hoc est corpus meū, nec Papisticum, nec Calvinisticum sensum patet; è naturali significatione verborum, collatione predicati cum fabieto, & collatione cap. xi. 1. Cor. clarissimum est. Resp. Hoc Titio clarissimum ita est, sicut Ubiquistis clarissimum est, loca supra citata §. a. corporis Christi ubiquitatem tradere. & cuivis hæretico suus error, quia legem interpretandi verbi divini cum Lutero non patitur, & sic pollez certitudine infal-

infallibile. q. ait, *Sensum Scriptura, quem Lutherani in-*  
*nent, nequaquam esse fallibilem, hoc est, actu nequaquam*  
*fallere &c.* Pudet pigetque huic Characteristico hiz  
*seos pluribus excutiendo immorari.* Videbimus,  
*quid pro eo tuendo producturus sit Musæus ad §.*  
*10, circa Postulatum Kedpii.*

¶ In Cavillatione VI. repetit pleraque jam  
 antè excussa. Iustè negavi, teneri nos articulos con-  
 troversos ex omnibus primis sæculis Veterum au-  
 thoritate probare; nec Titius vel unico argumento  
 probat oppositum sive ex S. Scriptura clara, sive ex-  
 ratione evidente. Remittit me ad Medicum suum.  
 Sed hoc est inops effugium. Cùm tot alia proflus  
 inutilia verba multiplicat, cur non paucis conatus  
 est solvere argumenta Conringio obiecta in Exam.  
 Interrog. iv. §. 4? Hic funditus evisa & præclusa sunt  
 tam Hulsemannicæ, quam Conringianæ Evasiones.  
 Convictorum addensatione argumenta non sol-  
 vuntur. Si Titius ita docet suos Auditores Theolo-  
 giam, poterit illorum Antecessor esse quivis &c.

At Cùm aliud misero non suppetat, recurrit ad  
 Costerum & Gretserum dicentes, Lutherum neo-  
 Evangelium prædicantem debuisse adstringi ad de-  
 monstrandum per singula sæcula suæ doctrinæ con-  
 sanguineos usque ad Christum & Apostolos, uti no-  
 bilis familiæ probatio institui solet. Hinc infert Ti-  
 tius, ad idem nos adstringi. Sed hæc illatio est iuxta  
Quodlibeticam Lutheri-Calvinicam. Disparitatem  
 ostendo evidenter in simili, quo utitur Gretserus.  
 Nam omnium confessione, is qui iactat nobilitatem  
 quam tamen communiter alii non agnoscunt, sed  
 novum hominem credunt, adstringitur fidem facere  
 assertioni suæ gradatim ad generis authorem per  
 singula capita & gradus ascendendo. At si quis in-  
 fani cerebri homo auderet questionem statu[m] mo-  
 vere Sereniss. Duci vestro; ab eoque exigeret simi-  
 lem originis probationem authenticam, quid,  
 quæso

quæso respo-  
 multò atro-  
 quivis hæret-  
 suæ, pudene-  
 tricis Babyloni-  
 Augustino o-

¶ V

tholicorum  
 Titius affinx  
 lorum uno &  
 te. & d[icit] y[ea]  
 infringat. V  
 prætendit se  
 Scripturam.  
 Hermeniam  
 glossam Titia-  
 nihil evincit  
 tam Methodo-  
 mentum infa-  
 tius historia  
 tinecessa est  
 les, postquam  
 ic de ipso A  
 Pallavicino.  
 thodum sive  
 no. V Valebu-  
 dem probatio-  
 ratione per-  
 tem facit, cùm  
 ilios docere  
 didactikos.  
 probationibus  
 Scripturæ prodi-  
 Apostoli & a  
 primò Fidem  
 tiones Dogm

quæso responsi præmiive referret? Haud aliud, imo  
multò atrocius merentur Lutheri - Calvinici &  
quisvis hæretici quæstionem Statūs moyentes Matrī  
sux, pudendā impietate contendentes se esse Mere-  
tricis Babylonicae filios, ut in quæst. 3. AntiMusæi ex S.  
Augustino ostendi.

**VII. Cavillatio.** Dixeram §. 7. Nulli Ca-  
tholicorum in mentem aut stylum venisse, (uti illis  
Titius affinxerat) nos in consensu primorum sœcu-  
lorum uno & certo certissimā victoriæ Spem colloca-  
re. & dñs ȳs adfert Titius, quo meam assertionem  
infringat. Ut tamen exeuset pseudologiam suam,  
prætendit se intellectum voluisse comparare in ordine ad  
Scripturam. At hæc Evasio in primis pertinet ad  
Hermeniam Quodlibeticam, ut patebit conferenti  
glossam Titianam cum textu eiusdem: & eā admissā  
nihil evincit, ut in seqq. videtur tacite agnoscere,  
ēam Methodum Augustinianam allatrat. Com-  
mentum infamis Polani est, quod ex mendacissima  
eius historia recitat. Mendaciis & calumniis sagina-  
tinecessè est omnes, fidem huic Historico adhiben-  
tes, postquam de innumeris mendaciis & erroribus,  
sc̄ de ipso Atheismo luculenter convictus est à C.  
Pallavicino. Frustra deinceps pergit convitiari Me-  
thodum sive Augustino-Tertullianam, sive Vero-  
no-Valeburgicam. Convitia irati nec levem qui-  
dem probationis ( quam postularam è S. Script. vel  
Ratione perspicuā) speciem præ se ferunt. Nihil ad  
rem facit, cùm ait I. Servatorem iussisse discipulos suos  
alios docere; Paulum requirere in Doctore ut sit  
fidem Christi. Doceri autem pleraque non possunt sine firmis  
probationibus &c. Christus ipse & Apostoli probationes  
Scriptura produxerunt. Subsumptum Titii falsum est.  
Apostoli & alii Apostolici viri, qui integras nationes  
primo Fidem Christi docuerunt, nullas alias proba-  
tiones Dogmatum (falem ordinariæ) produxerunt,  
quām

quām communia Fidei Christianæ motiva, aut miracula &c. Hæreticis non debetur disputatio, sed post unam monitionem devitatio & derectatio, ut ex Apostolo notavit Tertullianus. Quicquid ultra (in gratiam nempe errantium ab hæresiarchis seductorum) fit, liberalis misericordiæ opus est. Nihil ad rem facit. 2. cūm ait Titius, Concilia Oecumenica, vel etiam nationalia, priscosque Patres non usor Methodo Veroniana contra errantes. Sic est quidem, sicut nec Tridentinum, aut ullum aliud: quia in illis ex instituto disceptata fuerunt, ac post nullam conquestiōnem ex Scripturis & monumentis Ecclesiasticis decisā controversa. Quid hoc contra invisam hæreticis Methodum? Eā sane comprehensæ sunt astutæ vulpes (caudis colligatae) in astutia tua, dum quasi proprio gladio obtruncantur. Risus Sardonius est, quem demum loco probationū ostentat Titius.

Quod deinceps pergit, loco argumentorum convitiis excipere id quod dixeram, Omnia Catholica dogmata MEDIATE vel immediate probari &c. apud prudentes nihil urget. Reipsa nihil aliud asserūi, quām quod S. Augustinus his verbis lib. I. contra Crescon. c. 33. Quoniam S. Scriptura fallere non potest, quisquis falli meruit huius obscuritate quæfisiens, eandem Ecclesiam de illa consulet, quam sineulla ambiguitate S. Scriptura demonstrat. Ea autem sine dubio non est clanculariorum Lutheranorum ultra mille annos in antro Caci abstrusa. Quis enim non insanus consulat incognitam? Sed hæc etiam difflat Titius ingenti halitu phrasum è Promptuario Convictorum petito. Aliud certè nihil video quid ex omni ea declamatione extundi queat. Nam quod demum iuber me sine glossis & paralogismis probare è Verbo DEI scripto autoritatē Verbi DEI traditi, & infallibilitatem Rom. Pontificis, itēmque Traditiones à Papistis iactatas; jam ab Augustino ante 1200. annos probatum est.

est. Eum, si vir est, refutet Titius, & ostendat Ecclesi-  
am aliam præter Romanam eiùsque fideles . quæ  
consuli à 1200. annis potuerit cum certa spe infalli-  
bilis resolutionis quæstionum obscurarum.

¶ Octava Cavillatio novi nihil habet, quod  
non alibi discussum sit. Tantùm Nota bene, quām  
suevit dissimulārit testimonium Hulsemanni &  
Zanchii de flagitiosa versatione SS. Patrum à Calix-  
to & neo-Evangelicis communiter admissa. An qui  
tacet, consentire videtur? Nunquid etiam silendo  
annuit, quod Lutherο Calvinici sint meretricis  
(Babyl.) filii, ideoque teneantur luce meridiana  
clariū probare, Matrem suam esse Meretricem; hæc  
tērò nihil teneatur probare?

¶ IX. Cavill. Pronunciatum meum longè  
verissimum, quo initio S. 9. dixeram, [Calumniam  
immanem à Titio in Nos contortam, quod Rom. Pon-  
tificem in immensum extollamus, ut S. Scripturam nefarię  
deprimamus; simpliciter versam verè & bene retor-  
queri: Lutheranos nefariè deprime Rom. Pontifi-  
cem, ut sub S. Scripturæ cortice sua venena in im-  
mensum extollant.] nescit miser Titius excutere,  
nisi consueto contumeliarum strepitu omni rationis  
nervo experte, & quodlibetica allegatione ver-  
borum S. Irenæi. Quæ enim Sanctus hic Martyr ve-  
tissimè digerat contra tenebrosas & apocryphas  
Traditiones Marcionis, Cerinthi &c. hæreticorum,  
ipse impie detorquet in publicas & Apostolicas  
Ecclesiæ traditiones, quas ibidem S. Martyr mox  
approbat his verbis: Sed cùm rursus provocamus illos  
(hæreticos) ad traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per  
successionem Prælatorum est conservata in Ecclesiis, tunc  
pugnant contra traditionem dicentes &c. Et eod. cap.  
postquam enumerasset successionem Rom. Episco-  
porum, à S. Petro usque ad suam ætatem, Per hanc  
inquit, ordinationem & Successionem Traditione Apostole-  
num, quæ est in Ecclesia, & prædicatio Veritatis pervenit  
usque ad Nos, & hæc est plenissima demonstratio, quod  
Fides

Fides vivificans, quæ est conservata & tradita in veritate Ecclesiæ ab Apostolis usque nunc, sit una & eadem . . Ha probationes tam magnas quatenent, non debent querere veritatem apud alios, quam facile est ab Ecclesia sumere, cùm Apostoli quasi in Depositorum dives plenissimè in ea contulerint omnia quæ sunt veritatis &c. Quis iam dubitet, in Sole positum esse, quomodo Titius iuxta flagitosæ præcepta Hermeneuticæ tractet SS. Patrum dicta?

2. Verbosè conatur excutere, sed frustrâ, notorium falsiloquium, quod verè pronunciavi ab eo commissum cùm ait: Ex quo Iesuitæ orbem oberrârunt, doctrina nova & prodigiosa de unius Rom. Pont. infallibilitate, voce & calamis per orbem sparsa serpsit &c. Ego verò lexit omnibus Titii excusationibus & officiis, iterum provoco ad quosvis intelligentes, etiam gentiles, ut decernant egone calumniatus sim, an verò Titius sit splendide mentitus. Remittit quidem ipse Lectorem ad Coaringianum Examen: sed is, si non sponte velit decipi, reservabit alteram aurem Examini eius Examinis, & perspiciet in Interrog. ix. quis genius sit eius Medici & Sociorum ad versandum pro libito SS. Patrum dicta apertissima. Ut verò continuo in exercitio maneat huius illaudata Artis Titius hîc, mox aliud specimen edit circa verba S. Gregorii Magni, captans illud [ CONGRVA sententiâ terminari. ] Congruam ergo inquit Titius, sibi arrogabat Gregorius non profectò nimis humilius ( profectò humilior omnibus Proceribus Luthericis in unum conflatis! ) infallibilem non audebat sibi vendicare. At quis non videt, nisi S. Gregorius in se Apostolicæ Sedis dotem infallibilem in decidendis Fidei causis agnovisset, non nisi superbè ac stolidè potuisse sibi hoc velle reservare? Adde, quod non tantum dicat CONGRVA, sed etiam aperte mox addat ( quod pro suo candore Titius dissimulavit) SINE DVBIO. Quid enim verò est aliud CONGRVA SINE DVBIO TERMINARE SENTENTIA, quam infallibiliter? Nihil hîc nisi variatio phrasis. Sed quodlibe-

libetica Ars  
ctionario no  
est.

¶ Por  
auditur, ni

Dic

Gloriosi  
mus est, ter  
verò ingente  
strepitum co  
triumphum  
tiam in Cap  
solutionem  
gentis & xq  
adversione,  
Titianis, sta  
( quod scisc  
dogmatis de In  
quod Sedis  
magnâ ( quæ  
stantiis, hîc &  
& imploratâ  
troversiæ pro  
festum est ( ve  
satis univers  
ceversa, qu  
libiliter cred  
S. Gregorii  
Hermeneuti  
Exam. Exam

Idem p  
Nodus ex S  
contextum.  
ne patiantur  
quâ imperit  
egisse cum S  
controversia  
Terriculame

libetica Ars interpretatoria quidlibet audet. Dictionario non eget, quia voluntas pro Dictionario est.

¶ Porrò, in Cavillatione decima nihil jam auditur, nisi Triumphi.

Dicite Io! Paean: & Io! bis dicite Paean!

Gloriosus ille Pyrgopolincus Erbermannus occissimus est, tergeminus confosus Titii Achille. Ego vero ingentem de more juveniliter exultantis Titii strepitum convitiorum cerno, quibus decernit sibi triumphum: victoriam nullam cerno, nisi imaginam in Capitolio Titii. Et quoad primi argumenti solutionem à me datam, submitto cuvis intelligentis & æqui arbitrio, ut leotis meis tam in Animadversione, quam in Irenico propositis, unà cum Titianis, statuat, cui palma debeatur. Solùm noto, (quod sciscitur Titius) in quo consistat substantia dogmatis de Infallibilitate Papæ? Eam consistere in hoc, quod Sedis Apostolicæ Præsul, præviâ conquisitione magnâ (quæ pro negotii gravitate aliisque circumstantiis, hic & nunc videtur necessaria & sufficiens) & implorata Spiritus S. gratia, ad decisionem controversiæ procedat. De Concilio acephalo manifestum est (vel exemplo Ariminensis Synodi alioquin satis universalis) quod Infallibilitate careat. At viceversa, quod Papa cum particulari Synodo infallibiliter creditus fuerit olim definire, palam est ex S. Gregorii Nazianzeni verbis per me à flagitiosa Hermeneutice Medici Helinstadiensis vindicatis in Exam. Examinis Interr. IX. §. 8.

Idem pronuncio de mea solutione ad 2. Titii Nodum ex S. Cypriani & Coëpiscoporum exemplo contextum. Tantum moneo propter simplices, ne patiantur sibi imponi à Titiana declamatione, quā imperitis persuadere satagit, me irreverenter egisse cum S. Martyre, dum dixi, eum in tota illa controversia de anabaptismo multum aberrasse &c. Terriculamenta puerorum aut ruidum sunt, quæ

Oooo

hic

hic opprobat Titius. Indubitatum enim est tam ex totius rei gestæ cursu, tum ex apertis S. Augustini testimoniosis, præsertim lib. I. contra Donatist. c. 18. Cyprianum peccâsse non obediendo Pontifici, saltem venialiter; quæ noxa falce martyrii fuerit purgata, fueritq; nævus quasi in candore sanctæ animæ, quem ubera charitatu congebant, ut loquitur S. Aug. l. c. Obedientiam superiori suo Rom. Pontifici debitam, alias agnovisse S. Cyprianum, patet ex illustri illa ejus Epistola ad S. Cornelium Papam, cuius plagulam tam à malefano consilio, quod Medicus suggesterat, quam ab ejusdem miserabili & patente perversione vindicavi in Exam. Exam. Interrog. IX. § 3. quæ ut pleraq; alia nec extremo dito Conringius Titiusq; hactenus attigere. Quæ ex allocutione S. Cypriani ad Episcopos in Synodo Carthaginensi urget, non urgent. Non possunt enim intelligi nisi respectu Co-episcoporum quos alloquebatur; alioqui sibi ipsi aperte contradiceret, cum in Epist. ad S. Cornelium conceptis verbis pronunciârit: non aliunde heres ob- riri, aut nasci Schismata, quam inde, quod Sacerdoti DEL non obtemperet, nec VNVS in Ecclesia ad tempus Sacerdos & IVDEX VICE CHRISTI cogitatur; cui si secundum Magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo &c. heres novam condenseret.

Circa tertii argumenti solutionem à me datam, non judico verbum esse addendum, quia nihil novi assert Titius solutione dignum. Convictioria de clamatatio nil urget, quæ adeo non contenta spiculis suis lancinare adversarium me, ut tandem etiam desinat in Censuram Conciliorum generalium, quæ extra errandi aleam non prorsus esse constituta, intrepide animosus juvenis pronunciat. Quanquam nihil hic novi dicit, & agit, sed γνῶσις Lutherizat. Papa, Concilia oecumenica, totaque Ecclesia Catholica falli potest, non tamen Lutherus, ac genuina ejus soboles, quia Leges interpretandi verbi divini non pati-

nitur, & cont fallibili. Vic Deinceps bi scopos, & T que iis qua tandem om Helmstadie co I Cto, Si Richerius T ter) melius Concilii C Canonistæ; luculentum jam suprà c lib. de Con lenne tenet Dixeram ex evinci, quæ vere, heresi ta admitten stini III. Io Titius infam illinere mo quivisset, o velle quam altum filet. res ad omni Pythagoricu ¶ In testimoniosis & Cassandi per me licet no à partibus tralistas ( q Calixtina ) rwm Trium v imitari.

mitur, & contra D E V M p r a e v e n d o , certitudine pollet infallibili. Videatur §. 10. Animadvers. in AntiKedd. Deinceps bilem suam Titius effundit in Gallos Episcopos, & Theologos recentiores universos, similesque iis quas in me contumelias degrandinat. Eò tandem omnis declamatio spectat, ut persuadeatur, Helmstadienses Luthericos cum unico Schismatiko I Cto, Simone Vigorio ( nam alter, Edmundus Richerius Theologus palinodiam cecinit solenniter ) melius intelligere & interpretari Decretum Concilii Constantiensis, quām omnes Theologi & Canonistæ; quod sine dubio est etiam paradigma luculentum Hermeneuticæ flagitosæ. Qua de re jam suprà contra Amesium; factaq; est sub finem lib. de Conciliis mentio. Circa Hadrianum VI. solenne tenet Titius, convitia pro solutione reponit. Dixeram ex Hadriani non-Papæ verbis aliud non evinci, quām Papam posse errori personali succumbere, hæresin materialem in materia nēcdum definita admittendo; quod ex subjectis exemplis Cœlestini III. Ioan. XXII. &c. patet. Ad hæc obmutescens Titius infamem suam artem Hermeneuticam mihi allinere molitur. Si enervare meam solutionem quivisset, ostendere debuisset, dicta Hadriani plus velle quām mea interpretatio permittit. At de hoc altūm filet. Sperat foriè suos Auditores aut Lectores ad omnes ejus sensus & effata exhibituros illud Pythagoricum, αὐτὸς Ἐφα!

In Cavillatione XI. conatur se expedire à testimoniis pro authoritate Papæ adductis à Grotio & Cassandro. Quod Grotium penitus respuat, per me licet; quanquam Conringius eum *nan omnino à partibus vestris segreget*, imò cuperet omnes Neutralistas ( quibus tantopere velificatur Theologia Calixtina ) ejus exemplum potius, quām magnum Triumvirūm Erasmi, VVicelii & Cassandri imitari. Verum hīc Titius non tam de Groti perso-

persona, quām de testimoniis Patrum pro auctoritate Rom. Pontificis allatis debebat esse solicitus, Valde hæc clara sunt, & vel sola veritatis studio sufficiunt. Sed nimirum enervare ea promptum est omnipotentis illius Hermeneuticæ beneficio; quale specimen paulò antè vidimus in perspicuis S. Gregorii M. verbis. Simili beneficio sese expedità Cassandi effato, nempe [principiam semper authoritatem in universa Christi Ecclesia Episcopo Romano delatam esse, idque innumeris testimonis & antiquissimorum & gravissimorum tam ex Græcis, quām ex Latinis virorum abunde demonstrari posse.] Quid ad hoc Titius? in extremis angustiis unicam rimam ostendit flagitiosa Hermeneutica. Nempe, AVTHORITAS PRÆCIPVA, PRIMATVS, PRÆFECTVRA, PRINCIPATVS, POTENTIOR, PRINCIPALITAS, & si quæ sunt similia passim obvia, si Tito credimus, valde ambigua sunt, nec disertè aperiunt, accipiendāne sint de Primate Ordinis, an iurisdictionis insuper! Nimirum Ecclesiæ Catholicæ multū intererat, ut constitueretur aliquis Ordo sedendi in Conventibus Ecclesiasticis, (uti in ludo Grammaticorum ad acuendam puerorum diligentiam) & ipse Christus præter hunc ordinem, Petrum ceteris Apostolis præposuit! Nequeo sanè mihi persuadere, Titium Doctorésque Luthero-Calvinicos ad hoc miserandæ perversiōnis asylum configentes, seriò ita sentire, & loqui. Quis enim prudenter & piè absque partium studio rem expendens non facilē perspiciat, Christum potius è medio sublatum fuisse omnem Primum etiam ordinis, ad Humilitatis & modestiæ studium promovendum, nisi vidisset & voluisset per unius Præfecturam Vnitati Fidei & Disciplinæ Ecclesiasticæ conservandæ unicè consultum esse? Sed hac de re satis multa contra Ames. & Gerhardum suprà l. de R. P. ubi & de Calixtino Primate.

**XII. Cavillatio est de dubiis testimoniis antiquo**

tiquorum, præcipue Pontificum, ubi quia nimis  
à Centuriatoribus Magdeburgensibus eorumque se-  
quacibus ut spuria & supposititia rejiciuntur, & à  
nonnullis quoque Catholicis ut incertæ fidei ha-  
bentur. Verum nihil opus est, nos de illorum cri-  
bratione hic esse sollicitos, cùm victoria spem nun-  
quam inde suspenderimus. Ego in Irenici p. 2. cum  
Turriano dixi, illas Rom. Pontificum veterum De-  
cretales Epistolas antiquitate suâ & totius mundi rever-  
tentia consecratas, omni gravitate, doctrina & sanctitate  
referas &c. adhuc censeo verum, nec eorum autho-  
ritatem omnimodis elidit, quod in Collectione  
Mercatoris gentilis nonnulla permixta sint spuria,  
(qualis est illa Bonifacio II. Papæ ad Africanos tur-  
piter affixa, & aliae nonnullæ à C. Baronio merito  
rejectæ.) Paleæ tritici acervo immixtæ, depretiant  
hunc, fateor; at non ideo faciunt ex tritico paleas.  
Nihil illæ à Catholicis allegari hic solitæ à commu-  
nicatætorum Patrum doctrinâ diversum exhibent:  
ante mille annos jam reverenter earum plurimas  
fuisse à Concil. & Patribus habitas satis constat.  
Nec eas repudiat C. Baronius, ut persuadere satagit  
Titius. Qui iterum illaudatam suam Hermeneui-  
cam eum insigni convitio hic exercet, dum ait,  
Erbermannum coactum Baronii suffragium contrare mili-  
tans largiri sibi; planèq; despere, cùm porro ait, qua Baro-  
nus pronunciet, contra Lutheranos pro Papistis, quam ma-  
xime facere. Ego vero recitatis denuo Baronii verbis  
relinquo cuivis Lectori æquo & Latinè perito judi-  
cium, Titiusne an Erbermannus despiciat. Verba  
Baronii hæc sunt: [Cuius autem fidei ac firmitatis sint  
quinque illa Clementie, non laboro: tu consule quærum ab  
alio (non certè Luthero-Calvinis) tum vero à Franc.  
Turriano locupletius sunt disputata. -- Mirati sumus,  
Ecclesiæ hostes omnem misericordiam arietem, ut primas illas De-  
cretales epistolas Rom. Pontificum fide minuerent, atq; ir-  
ritatis prorsus redderent, perinde ac si his fundamentis 1014  
Ecclesiæ adficiatio inniteretur.] Nec obstat quicquam,  
quod margini adscripsit hoc lemma: NON INNI-

TENDVM APOCRYPHIS. Non enim hoc disto indicare potuit, illas etiam suâ opinione esse apocryphas. Ad quid alias enim alegaret Lectorem ad Turrianum illas ex instituto propugnantem? Cur miraretur hæreticorum extremum in illis evertendis conatum, si & ipse judicaret eas prorsus irritas? Mens ergo Baronii eadem est, quæ & mea; nempe, Esto, habeant illas adversarii non tantum pro dubiis, sed etiam pro spuriis & supposititiis, nostra parum aut nihil interest, cùm ex indubitatis Patrum scriptis abundè confirmetur doctrina Catholica. Criticorum verò conjecturas interminatas hic ad examen ultero citróque vocare mihi nec libet nec licet; utpote cui brevità pariter & perspicuitati studendum est. Nihil autem ferè est magis obscurum & interminabile, quam illæ Crises, maximè Calvinicorum, & Grammaticorum, qui in eo ferè eruditioonis apicem collocant; & tamen ita sàpe judiciis dissident, ut quod uni aurum obryzum, alteri calbones meri videantur. Sanè crisis Erasmi ex. gr. quâ Comment. in 2. Corinthiacam S. Chrysostomo abjudicat, visa est aliis haud minus emunctæ narissæ non sobrio, sed bene poto profecta. Sed de hisce Crisibus satis. Quæ p. 57. in fine & p. seq. S. Dionysii Operibus è Petavio objicit, arguunt distractionem mentis, si non oscitantiam. Nullam profert Petavius rationem solvendam in verbis à Titio allegatis, sed solum refert, quod Catholicis in Collatione cum Severianis non innotuerit authoris librorum s. Dion. Areopagitæ. Aliud est narratio (ut ego scripseram) aliud ratio, ad quam quod respondere non sim ausus, temere riserim, inquit Titius exstiente cerebro abruptus.

In Cavill. XIII. adhuc persuasus est Titius, unico statu se disjucere testimonia SS. Iulii, Damasi, Siricii, Zosimi, Innocentii, Leonis M. Gelasii, Gregorii M. &c. eò quod domesticæ. Nulli autem in propria causa testanii credendum. Sed sicuti hoc postrius effatum ultero dedi, & adhuc do: ita maximè probandum erat, esse testimonium domesticum adeò.

ideoque re  
Doctor &c.  
Doctoralia  
rationem f  
nulos con  
sanctissimi  
ceteri Patre  
summà pra  
quis Sancto  
cuius arrog  
incident c  
cur eorum  
dicabimus  
disparitatis  
ex altera pa  
persuadere  
¶ XI  
ipit h̄c Ert  
nare pertinen  
ctor utraq  
non jure p  
convitiana  
nunc verò  
verò ipse s  
non nisi q  
tavetit; ho  
si ostende  
in 9. linei  
veritatem  
4. vocalis  
[SS. Irena  
ni, Hiero  
peii, The  
(partim  
pro Primis  
pro Infal  
que apu  
te Hieto  
Rom. Pa

adéoque reprobandum, quoties Rex, Episcopus, Doctor &c. jura & privilegia Regia, Episcopalia, Doctoralia &c. defendit. Hic oportebat vel unam rationem fortē, vel certē ē ICtis classicos non nullos contrarium suadentes adducere. Si prædicti sanctissimi Pontifices aliquid eminentius, quam ceteri Patres, de illa Sedis Apostolicæ autoritate summā prædicassent, habuisset fortē difficilis aliquis Sancto: um virorum Aristarchus, unde illos alii cuius arrogantiae insimularet. At cūm proorsus coincidant cum confessione ceterorum Sanctorum, cur eorum testimonia ut domestica & suspecta abdicabimus? Debebat autem Titius vel umbram disparitatis hīc in causa Pontificū R.R. ex una parte, ex altera parte Regum, Doctorū &c. indicare ut sois persuaderet, argumentum hīc à simili petitum esse fragile.

¶ XIV. Cavillationem ita orditur Titius: Inquit hīc Erbermannus mendacia instar grandis prosemnare pertendens - - Quot linea: tot mendacia & quous lector uitaque parte audita & expensā decernat, an non iure pronunciandum hic videatur, Titium in convitiando & decipiendo haec tenus superasse alios, nunc verò seipsum? Ait, Tot mendacia, quot linea: Cūm verò ipse 9. lineas ē meis exscriperit, ac deinceps non nisi quatuor inde (suo judicio) mendacia adnotaverit; hoc ipso deprehenditur in mendacio. Quod si ostendero (uti facillimum inibi est) nec unicū in 9. linea: illis mendacium, sed meram nudamque veritatem contineri, pariter convincam, Titium in 4. voculis, novem admisisse mendacia. Dixeram i. [SS. Irenæi, Cypriani, Athanasi, Basilii, Nazianzeni, Hieronymi, Ambrosii, Optati, Augustini, Prosperi, Theodoreti, Vincentii &c. verba esse aperta (partim immediate pro infallibilitate, partim pro Primatu, & sic juxta Calixtum, mediatè etiam pro Infalibilitate) ut VVitackerus, Danaus, aliquique apud Gretserum Calvinistæ maluerint dicens Hietonymum, Theodoretum, imò plerosque Rom. Pontifici in hoc esse assentatos, quam

O o o o 4

negat

negare Solem in meridie non lucere.] Hæc mea sunt verba, in quibus an sit vel umbra mendacii, judicent Catholici, Protestantes, Gentiles, Orbis universus, Ostendatur vel unicus è tot myriadibus Catholico-rum, qui non mihi in eo pronunciato concordet. Imò pleriq; omnes eruditæ Theologi, cum P. Hau-noldo, etiam interposito jurisjurandi sacramento testabuntur, se facilius de motu Solis circa terram quam de hoc posse admittere dubitationem. Quis ergo furor, calumniandiq; libido, quæ mendacium hinc conatur extundere? Et cùm ex Calvinistarum apertis testimoniis constet, eos claritate testimoniorum convictos agnoscisse, Patres idem de Primatu Papæ sensisse olim, quod jam Nos, & in hoc illos adulatio[n]is insimulâsse; quis non mirabitur frontem & mentem novorum Interpretum, qui beneficio suæ p[ro]p[ri]etatis tam confidenter audent simplicibus impone-re? Mihi quidem dubium non est, omnes quibus inter Protestantes germanus candor & naturalis honestas extinta per ejusmodi Rabulas nondum est, si absq; passione coram DEO hanc rem ultro citrōq; examinare, & penitus inspicere voluerint, eos pessimam illam Artem execratos, & unà cum Arte artifices & Sectam. II. dixeram, [Calixti discipulos didicisse à suo Magistro aliam evadendi artem.] Probavi autem hoc ex præcipuo Lutheranoru[m] Theologo Hulsemanno, qui in Verme Conscientiæ Calixtinæ c. 7. ait, se convicisse in Dialysi Calixtum, quod ludat Patrum testimoniis sicut crepundiis & pupis &c. & Hier: Zanchii, qui nomine communis Ecclesiarum ex Evangelio reformatarum profitetur, Patres iactamus, cùm nihil minus quam illorum doctrinam se qui velimus. Quæ hic penes melabes mendacii? Puto equidē testimoniū Hulsemanni & Zanchii veritati ex amissim convenire: si quid tamen ibi esset falsitas aut mendacii, quis nisi mēdax mihi imputaverit? Discipulos enim intendere studium ejus artis, quam exercet Magister, omni jure præsumitur. III. dixe-

rā: [videri m  
Quid h[ic], q  
quid mihi v  
fefellit, mer  
raria quiden  
strinæ inter  
scere pronunc  
Quid h[ic], q  
ex asse veru  
Christianum  
tiana & Casi  
partium; &  
vinistas, dum  
in dictis Patri  
ideo adulati  
thericos her  
LIBET ex C  
tuor Véritat  
minimum n  
jectura hinc  
gula pari acc  
veniretur ad  
At, i  
Hypriani ape  
illustrius pro  
Primatu Pap  
minis (& h  
sin, p[ro]prio Infa  
ni illustrissi  
Neg, enim al  
ta, quam in  
mus in Eccle  
cogitatur;  
paret fratern  
Ecclesiast[ic]a sci  
resin novam  
ting. Interr  
quam de R  
falsa. Nun

[videri mihi Titium sua mutuâsse ex Calvinistis.]  
 Quid hîc, quæso, mendacii? Quis melius scire potest,  
 quid mihi videatur, ac ego ipse? Si suspicio mea me  
 sefelliit, mendacem tamen non fecit, cùm ne teme-  
 raria quidem fuerit, utpote nixa similitudine do-  
 strinæ inter utrosque. 4. dixeram, [Debuisse Titio suf-  
 ficerē pronunciata Grotii & Cassandri, si sibi constare velit.]  
 Quid hîc, quæso, affine mendacio? imo quid non  
 ex esse verum? Provoco ad quemvis etiam non-  
 Christianum peritum & bonum virum; legat Gro-  
 tiana & Cassandrica sine ulla passione & præjudicio  
 partium; & neget, si potest, tolerabiliores esse Cal-  
 vinistas, dum agnoscunt planum & apertum sensum  
 in dictis Patrum pro Primatu Papæ, maluntque eos  
 ideo adulatio[n]is postulare, quâm novos illos Lu-  
 thericos hermeneutas, qui juxta suam artem QVID-  
 LIBET ex QVOLIBET fabricant. Hæ ergo qua-  
 tuor Veritates convincunt Titium de mendaciis ad  
 minimum novem admissis in quatuor voculis. Con-  
 jectura hinc fiat ad reliqua. Neque enim libet sin-  
 gula pari accusatione excutere; quando enim per-  
 veniretur ad finem?

At, inquit, Titius: Ostendat, si vir est, verba  
 Cypriani aperie infallibilitatem prologi; & qui nihil  
 illustrius pro ea dici posse impudenter asserebat. Resp. Pro  
 Primatu Papæ non qualicunque, sed pastoralis regi-  
 minis (& hoc mediante, juxta Calixtinam hypothe-  
 sis, pro Infallibilitate ejusdem) ajo, verba S. Cypria-  
 ni illustrissima esse in Epist. 55. ad Cornel. Papam:  
 Neg, enim aliunde hæreses oborta sunt, aut nata Schisma-  
 ta, quâm inde, quod Sacerdoti DEI non obtemperatur: nec  
 unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & Index vice Christi  
 cogitatur; cui si secundum magisteria divina obtempe-  
 rat fraternitas universa, nemo dissidio unitatis Christi  
 Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens foris hæ-  
 resin novam conderet. Dixi in Exam. Examinis Con-  
 ting. Interv. IX. §. 3. Verba hæc S. Martyris de aliis  
 quam de Romano Episcopo accepta esse evidenter  
 falsa. Nunquid enim Macedonius Constantinopo-

OOOO 5

lita-

Iordanus, Eusebius Nicomediensis, Ioan. Hierosolymitanus, Dioscorus Alexandrinus, Petrus Fullo Antiochenus &c. fuere haeresis & schismatis authores notorii? Hoc autem esse nequirit, si haeresis nulla ori possit, nisi quia Episcopo particulari non obtemperatur. Haec sane ratio est ineluctabilis: cum eam Titius saltem juxta leges sive Parthenenias non aggressus est? Quod in Ostensione persuadere vult Lectori, haec verba sicut & pleraque alia ejus Epistolæ de ipso Cypriano accipienda esse, frusta agit. Tam parum enim (imò aliqua ratione minus) ea ad Cyprianum sine aperta falsitate torqueri possunt, ac illa cùm ait: Post ista insuper pseudoepiscopo ab haereticis constituto, navigare audent, & ad Petri cathedralm, atq; ad Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, à Schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare, est esse Romanos (quorum fides Apostolo laudante predicata est) ad quos perfidia habere non posset accessum. Alias circumstantias, quæ arguunt Cyprianum eo loco non nisi de Rom. & summo Pontifice loqui, vide apud Pamell. in Annot. num. 27.

Quæ deinceps usque ad finem pro vindicanda Hermeneutica omnipotente in SS. Scripturam, Patres, Catholicorum (in à & Lutheri) scripta operose declamat, lectoris judicio permitto, ubi & mea, quæ in Irenico, Examine, & Animadversione differunt, sicut æquum est, perlustrare dignabitur. Ferinam impudicitiam (vel, ut S. Hieron. loquitur, erubescendam haereticum Lutheri) quam Titius cum Calixto, ex sensibili incommodi habere, & longè verissima esse illius Epicuri dicta, pronunciare non erubescit, excussi Tom. 2. lib. 3. c. 5. Non putem, multos è Protestantibus ita insanire.

¶ Porro unum in hac Cavillatione subit mirari, inter mendaciam non esse à Titio numeratum quod dixi, Eum artem illaudatam (versandi SS. Patres pro libito) videri voluisse haud absimili ampliare, scil. Eam ipsam Artem affingendo Catholicis: Hoc, inquam, cùm non attigerit,

genit, vel f  
consentire;  
suspiciatur,  
thoris (mod  
tia à seipso a  
mina falsi &  
merenti aspi  
caput Autho  
opus videbit  
ita nunc ad T  
publicè co  
¶ Cavil  
argumenta,  
ante XV. an  
damnata m  
omnem alia  
Pontificis au  
banc esse prin  
natione no  
nes obligan  
extutisse nif  
nes, & qui  
omnibus sa  
opus autem  
quibus hoc  
testimonia  
tumque Lu  
in Apologi  
Quæst. yex.  
res. Osiand  
reprehend  
torie talem i  
deponendi Ep  
Hermeneu  
ses coetero  
neuta quic  
tans de Ser  
cat summar  
qua de Papo

gerit, vel fecit advertemer, & sic meritò censetur consentire; vel inadvertenter, & sic non immerito suspicamur, id speciali DEI nutu evenisse, ut sic Authoris (modestè loquar) insolentissima male licentia à seipso aliquatenus plectereatur. Calumnix, crimina falsi & mendacia, qua abiosus Titii stylus immerenti aspergere nifus est, sponte suâ recidet in caput Authoris apud quos vis aquos lectores Quodsi opus videbitur, offero me, ut olim in ad Calixtinas ita nunc ad Titianas calumnias finitimusq; malas artes publicè cotam delectis arbitris convincendas.

¶ Carivatione XV. denuo arietat Titius quinq; argumenta, quæ brevissimè in Anatomia Calixtina ante XV. annos produxeram. I. erat, Nullam haresin damnatam, nisi (saltem mediate) à Rom. Pontifice; omnem aliam damnationē supremā tandem Rom. Pontificis autoritate nixam fuisse. Regerit Titius hanc esse principiū petitionem. At cum sermo sit de damnatione non qualicunque, sed authoritativa & omnes obligante; clarum est damnationem talem non extitisse nisi ab eo, qui habet jurisdictionem in omnes, & qui est Caput & Index omnium Ecclesiarum omnibus facultatis ab Apostolorum ævo habitus. Non opus autem est, hinc congerere loca SS. Patrum quibus hoc perspicuum evadat. Abunde sufficiunt testimonia Centuriatorum Magdeburgensium, aliquumque Lutheri-Calvinorum quos post Breræum in Apologia Protestantum recitat P. Forerus z. p. Quæst. v. ex. l. i. c. 12. §. 24. unde constat, Centuriatores Osiandrum, Calvinum, Martyrem, Danaum &c. reprehendere SS. Patres, quod per errorem & adulatoriè talem jurisdictionem, ius appellationis, auctoritatem deponendi Episcopos &c. Romano Pontifici afferuerint. At Hermeneutica Titiana facile etiam Magdeburgenses coeterosq; in suas partes trahit. Cum tali Hermeneuta quid agas? Lutherus olim cum Erasmo dicit putans de Servo arbitrio (quod ejus libri cap. 249. vocat summam Causæ, præqua nugæ potius quam causa sunt, que de Papatu, Turgatorio, Indulgentiis disputantur)

Ooooo 6.

apex-

apertè professus est cap. 50. contra se stare seriem eruditissimorum virorum tot sacerdorum consensu approbatum, inter quos fuerint peritissimi SS. literarum. item sanctissimi, aliqui martyres, multi miraculis clari. - Summa, ex hac parte stat, inquit Luther, Eruditio, ingenium, multitudo, magnitudo, altitudo, fortitudo, sanctimonia, miracula, & quid non? Ex mea vero parte unus VVicolph. & alter Laur. Valla (quanguam & Augustinus meus totus est.) Sed illi nihil ponderis habent praे iſi, Reliquis est Lutherus unus, privatus &c. - Fateor, mi Erasme, non immerito te istis omnibus moveri. Ego ultra decennium istis omnibus ita motus sum, ut nullum alium arbitrer esse, qui aquæ sit istis permotus. - Testor DEVM in animam meam, perseverasse, adhuc hodie sic moveret, nisi urgente conscientia, & evidenter rerum me in diversum cogeret, - - - Quis sim, & quo spiritu & consilio in istas res (contradicendo scil. Papæ & omnium sacerdorum autoritati) RAPTVS SIM, illi commendo, qui scit, hac omnia, suo, non meo arbitrio liberè gesta. Denique in cap. 59 in summa docet: Patres sacerdotum præcedentium planè in hoc artic. omnium summo, scil. delibero arb. cœcos fuisse, imperitos Scripturarum, toto vitæ suæ tempore errasse, & nisi ante mortem resipuerint, nec sanctos, nec membra Ecclesiæ fuisse. Quid his omnibus clarius dici possit? Sic & Melanchthon in 4. 1. Cor. 3. ait, mox ab initio nascentis Ecclesia, antiqui Patres doctrinam de iustitia Fidei obscurârunt, ceremonias auxerunt, & cultus novos adinvenerunt. VVitackerus clamat contra Duræum: Ex Patrum erroribus uester ille Religionis Pontificia cento confutus est. Accinit P. Martyr de votis: In Ecclesia mox ab Apostolis errores pullularunt, & homines à Verbo DEI (Luthero-Calvinice intellecto) declinare cœperunt, & per consequens, quamdiu adhærebimus Concilii & Patribus, iam diu in iisdem erroribus versabimur. Humfredus, Fulco, Acontius aliisque Calvinici acriter taxant Ivellum, quod ad Patres tam audacter appellaverit, sibi iniquus fuerit, & se quodammodo & Ecclesiam perdideris &c. Quid ergo est nisi oleum & ope-

ram

tam perdere, cum homine rixoso, & qui discipulum se fuisse gloriatur Calixti illius, quem ait Hülsemannus, se in Dialys. Apol. p. 93. 302. &c. convicisse, quod testimonii Patrum, sicut pupis ludat: ) velle ultius contendere de verbis & sensu SS. Patrum? Injuriam facerem aequo & perito lectori, si pluribus exemplis Hermeneuticam flagitiosam illustrare pergerem. Præter dicta consideretur solùm, qua ratione sub finem suis Auditoribus & Lectoribus fucum faciat circa S. Hieronymum, cuius textus è diametro repugnat glossæ Titianæ. Iuvat hic verba S. Hieronymi ad S. Damasum Papam adscribere: Quoniam, inquit, vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper textam minutatim per frusta discerpit, & Christi vineam exterrinant vulpes &c. ideo mihi Cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam censui consulenda; inde nunc meas animas postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscipi. Neq; verò tanta vastitas elementi liquefientis & intermissionis longitudo terrarum me à preciosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. Profligato à sobole malâ patrimonio, apud Vos SOLOS incorrupta Patrum servatur hæreditas. A Sacerdote victimam, à Fastore præsidium ovis flagito. Ego nullum primum nisi Christum sequens Beatitudini Tua, id est, Cathedrae Petri, communione consocior: super illam Petram adiudicatam Ecclesiam scio: Quicunq; extra hanc domum Agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. - Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum (proprium nempe S. Hieron. Episcopum, eundemque Patriarcham Antiochenum.) Quicunq; tecum non colligit, spargit: qui Christi non est, Antichristi est. Ego interim clamito, si quis Cathedrae Petri coniungitur, meus est. Per crucifixum mundi, per homousion Trinitatem obtestor Beat. T. ut mihi Epistolis tuis tacendarum, sive dicendarum hypostaseon detur **A U T H O R I T A T A S.** Hic textus solaribus radiis scriptus per

per se nebulosas Titii officias & Glossulas dissipat.  
Tam perspicuus certe, ut etiam Erasmo (in Annot. ad hunc locum) videretur Hieronymus illis verbis asserere, Omnes Ecclesias subjectas esse Apostolicz Sedi Rom. Pontificis.

Quod porro Titius querit, Quomodo principii petitionem admittet, qui partes probandi hic non suscepit? Res. admittit ipse, quam mihi opprobriabat principii petitionem, non in responso, sed in subjecta Assertione, quâ dixit: *Quinimò, si que hæresis est, validissimè illa pro tali declaratur & condemnatur à quo cung, deprehenditur, sive accedat approbatio Pontificis, sive minus.* Anne hæc Assertione est per se nota? an legitur in SS. Scripturis? nullane probatione indiger? Quidnî ergo ex ea recte inferamus ita: Atqui Hulsemannus, sum Cathedra Lutherica hæredibus, deprehendit, declaravit, & condemnavit validissimè hæreses Calixti; & hic vicissim deprehendit, declaravit, & condemnavit validissimè hæresin Vbiquetariorum, utpote Eutychianam & Transubstantiatione Papistica, & Sacramentariorum errore abominabilorem. Ergo tam Calixtina, quam Vbiquistarū hæreses, (sive approbata, sive improbata sit censura Calixti & Hulsemanni à Pontifice R.) ab omnibus sunt detectandæ, quod erat demonstrandum ex Titiana hypothesi non petente principium.

Nec minus lepidus est Titius, cum ad reperendum tertium genus Iudicij (quod nempe non est tantum *affensus*, aut *discretivum*, sed *dei summum cum auctoritate*) exigit à me, ut probem illud ex Scriptura. A Biblista Hullmanno debebat dudum hoc Calixtus exigere. Mihi, opinor, sufficit ex S. Augustini Ep. 118. dicere: *Hoc, quod tota per Orbem jam ferè à sui initio frequentavit Ecclesia, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insania est.* Sanè hoc penitus præcludit & obiruncat omnia illa vanissima effugia, quibus vult actus Iurisdictionales per totam Ecclesiam exercitos à Rom. Pontifice, partim per suam

Her-

Hermeneutic  
mis 4. sacerd  
illos Anti Ch  
Atque  
villationes,  
quam dupli  
Quisquis acc  
ad rem dixit  
tius, depreh  
in illo, beffo  
sub finem m  
modestiore ling  
lo suo aliter  
nes per tem  
cuiusvis scu  
esto penes a

## DE

Ad Ti  
non modò  
menta sequ  
prodat; se  
à se vix impe  
(um quod  
bido, & suspi  
tum quod ip  
dicio, ex for  
nunc Prafa  
tionibus (ut  
gat. Si ja  
Sudem mani  
cum concut  
Pontificiam  
niano M.C.

Hermeneuticam susq; déq; versare, (præsertim pri-  
mis 4. sæculis) partim ubi nimis perspicuè reluent,  
illos AntiChristianæ arrogantia adscribere.

Atque hæc sufficiat adnotâsse in Titianas Ca-  
villationes, quæ meam Animadversionem plus-  
quam duplicato quaternionum numero excedunt.  
Quisquis accuratius discernere voluerit inter ea quæ  
ad rem dixit, & ea quæ convitiando declamavit Ti-  
tius, deprehendet credo, eum impendisse trientem  
in illo, bessem in hoc. Et tamen non dubitavit me  
sub finem magnus Virtutum Magister monere de  
modestiore lingua & calamo. Num vero toto in Opuscu-  
lo suo aliter me docuerit Modestiam, ac olim Laco-  
nes per temulenta mancipia filios Sobrietatem, aut  
cuiusvis scurræ sycophantia Patientiam, judicium  
esto penes æquos lectores.

## DE EPISTOLA HERM. CONRINGII

Ad Titium, censeo, Eam esse satis jueundam,  
non modò quod præsentis ad præf. ntem, ac ita fig-  
menta sequentia mox in vestibulo ipsâ Inscriptione  
prodat; sed etiam, quod verbis asseveret, se amplius  
a se vix impetrare, ut cum Iesuitis in arenam descendat,  
(cum quod horum summa maledicentia, & altercandi li-  
bido, & superbia intolerabilis sit, ac deplorata sanita'is;  
tum quod ipse audeat iam tum omnia sua periti lectoris ius-  
dicio, ex forensi formula submittere) re ipsâ tamen jám-  
nunc Prefationem suam à V. Erbermanni frivolis obie-  
ctionibus (ut præfert Inscriptio Titiana) vindicare sata-  
gat. Si jam tum submittit, ad quid vindicat? Si  
solem manibus portabat optima & robustissima doctrina,  
cum concutiebat (feroculo suo, sed ludicro Ariete)  
Pontificiam Ecclesiam universam; cur eo ipso quod Vale-  
riano M. Capuccino, P. Haunoldo & mihi respondit

non

non visus etiam est sibi uti nunc, ita tunc robur sua  
*Concussionis dubium reddere?* Illud vero jucundissimum,  
 quod, cum in ipsis meis Opusculis [Examine, Elec-  
 one Alex. VII. & Digressione] vix quicquam possit  
 assignari, quod convitum aut contumeliam in ejus  
**Excellentiam redoleat,** nihilominus persuasum ve-  
 lit Lectoribus, nos homines esse summa maledicentia,  
 ad scurrilitatem usque maledicos, & calami petulantissimi,  
 ex mendaciis quasi consutum hominum genus, faciem Loiole:  
 solutissimi oru scurra p[re]c[on]tu illo (Ie)luitarum) se[nt]e vi-  
 ros graves probare cum ea sit fæditas maledicentia illorum;  
 ut nec præstantissimi quique sodalium, nec qui u[er]o Pape,  
 illam a quo animo ferant. cœu liquet ex C. Bellarmini Epis-  
 tola apud Beccan. l. de Inst. & usu Euchar. contra Sarto-  
 rium n. 36. & ex iis qua docet Carolus Regius l. 5. Orat.  
 Chr sti. c. 21. Illu vero bacchii bacchantibus adversari  
 sibi profecto nimis ingratum esse. Ita Hermannus quo-  
 vis agnello mansuetior, Nos/uti Titius virutem  
 docet! Quisquis Conringio, Titio, Calixto contra-  
 dicit, Scurra maledicus est, etsi nec centesimam par-  
 tem, imo & nihil convitorum Helmstadiensi repro-  
 nat: quicquid vero ipsis stomachus eructat, merum  
 mel, mera urbanitas, mera benedictio est: Et con-  
 fidunt, se sua hominibus, qui iudicandi facultate hand  
 destituti sunt, posse probare? Nescio, an multos ita  
 fascinare queant. Non dubito, etiam apud plures  
 Protestantibus honestiores delicatum hoc genus  
 hominum admiratores, uti in Calixto dudum fe-  
 cere Dorschæus, Hulsemannus, & è Lutheranis alii.  
 Qua so te, D. Hermanne, anima quior esto, & si po-  
 tes, sopia paulisper irâ, tecum rem omnem uti in se  
 est expende. Concussionem evulgasti totius Eccle-  
 siæ Pontificiæ, ut rebare tu quidem, præeunire te  
 Amesio Puritano, ut suprà notavi. Persutas eras,  
 hanc esse Euclidæam quasi-demonstrationem, ac  
 quod inde consequens est, cœcos esse universos etiâ  
 Theologos apud Nos. Quos momordisti in Dedi-  
 catoria, facile senserunt quid sibi vellet. Iudicatum  
 proinde à Magnatibus, non lexendam eam petulan-  
 tem

tem audaciam  
 tua sentirem e  
 tibi ingratas v  
 destiam tibi p  
 no[n] ea es re  
 Examine Exa  
 in nupera Dig  
 nes minimè u  
 & indulgens i  
 ci mirarentur  
 Ecclesiarum Cath  
 languide tract  
 ralis æquitati  
 scriptio[n]is vi  
 Authoris æst  
 que est; atiu  
 nisi fallor, co  
 Theologis, m  
 trahant fabri  
 lista Lucas, e  
 Medici & Pi  
 Publicani &  
 mergunt.  
 tum ex forensi  
 & ego. Quic  
 ac, ut insinua  
 quæso, ne t  
 iissimæ non  
 imaginariæ  
 hominem  
 ut ab aliis  
 monstrata  
 Politico in  
 Theologis  
 non iniuc  
 vidér[is] til  
 nisse, quam  
 mine Con  
 graves adm

tem audaciam. Iussus & ego quid de Concussionē tua sentirem edicere , parvū: quatuor in Dedicatoria tibi ingratas voculas ( quas iudicabant alii ad modestiam tibi profuturas) inserui. Cum decuplo fœnore ea es remensus in Exāmine. Ego verò & in Exāmine Examinis tui , & in Electione Alex. VII. & in nupera Digressione, istas tuas benedictiones omnes minimè ultus sum, sed ita, uti promiseram, lenis & indulgens fui in tuam Excellentiam, ut non paucimarentur. At verò ipsam Causam quam tueor Ecclesię Catholicę, ac Errorē quos perlequor , ut languide tractem , quis etiam adversariorum naturalis æquitatis memor exigat? Quod errores & alia scriptio[n]is vitia pro merito discussa , nonnihil in Authoris estimationē redundant, ferendū utrinque est; at iustius ei, qui prior cœpit. Melius tibi nisi fallor, consuluisses , si Theologica reliquisses Theologis, memor illius; Quod Medicorum est Medicis tractant fabrilia fabri &c. Nec quia idem qui Evangelista Lucas, etiam fuit Medicus & Pictor, ideo nunc Medici & Pictores (non certè magis-sapienter quam Publicani & Piscatores) se Theologicis litibus immergunt. Quod præterita tua Scripta submittas iam tum ex forensi formula Lectoribus, bene est: idem facio & ego. Quod si verò huius propositi te pœnituerit, ac, ut insinuas, brevi denuo argumentum hoc agitaveris, quæso, ne stomachare , si veritati nobis exploratissima non desimus, & ostendamus deceptionem imaginariæ tuæ ἀποδεῖξον. Cogita, se quoque esse hominem ; & si Mathematicis non raro contingit, ut ab aliis detegantur meræ fallacie, quæ ipsis Demonstrata videbantur ; cur idem non Medico aut Politico in rebus divinis? Cogita, etiam tuæ partis Theologis ( uti certorum relatione cognovimus) non iniucundum esse, si vapules ab Adversariis, dum vidēris tibi Machinam Papatūs vastatricem inventisse, quam nullus illorum. Cogita, te, cùm in Exāmine Concussionem tuam propugnares, tot tamque graves admisissæ non in Theologiam modò, sed & in

Philo.

Philosophiam lapsus, ut adversarii tui, si similis absurdi revera convincerentur, non auderent coram iis, quorum in gratiam scripserunt, oculos attollere. Denique cogita, quod *Qui qua vult dicit, qua non vult studit.* & quod ille Lacon olim; QVIES BONA! Nunc agrè non feres, spero, si de nonnullis quæ in tua Epistola, monuero. I. ais pag. 5. *Vnus jesuitarum* (scil. Card. Pallavicinus) negat isthac ita contigisse, & simul fatetur, nihil certi de iis, quæ in Conclavi aguntur, haberi posse. Verum verba Pallavicini hæc sunt. [ *Veritas & medulla negotii ne ab ipsis quidem Cardinalibus scitur, nisi ab unoquoque pro sua virili parte &c.* ] Huic ualla posterior enuntiatio non æquipolet ( iuxta sanam Hermeneuticam ) cùm multa possint certa de veritate & medulla negotii haberi, si ususque Cardinalium postea pandat, quæ pro sua virili parte scit, ac consequenter potest huc discerni verum à falso quod evulgatur. Adde, posse multoties fieri aliqua esse falsa, & nihilominus circa idem objectum medullam latere Veritatis; quod nemo sapiens negaverit. II. ais p. 9 *Forerum jesuitam pharmacopœum fuisse, & in re culinaria Apicum*, referente Alfonso Vargas quondam eius familiari & amico. At nescire non potes, larvatum hunc Alfonsum fuisse in testabitem famosus libellauthorem infamissimum, ut etiam Calixtum monui. p. Irenice. 12 §. 5. Quia ergo conscientiam & fronte infamationem hanc tuam facis, non modo quoad Forerum ( cuius apologia extat in Proteo Grammatico) sed etiam p. 15. cùm Castitatem universæ Societatis ex eodem Sycophanta calumnias? Quæ ibid. blatis universim contra Coelibatum sacrum, Tom. 2. l. 3. & 4 profuga sunt. Quæ deinceps pro afferenda tua declamatione adducis, Erasmus (uti & VVicelius) testis tibi omni exceptione superior in Pœmio prouersus disjecit, ut vix sit, quod à me iteratò vindicandum sit. III. Quam atrociter calumnieris p. 16. cùm ais: portentosum esse mendacium impurissimi apostata (Erbermanni) plebem ad licentiam vitæ, omni legum &c. didicisti iam, opinor, ex Imperiali edicto Caroli V. quod multi gran-

diora sonat. Amendacii argueantur, quod in suis omnibus haereditatem tuam Disp. Musæana que in qu. 9. ult. in Pontificios & tholicam visibiliter quacum comitum nihil recedit) minentibus, compuras Christi consummum est. V. Americæ & In Apostolatum Ecclesia. cap. Germaniæ consuevit, p. 19 ingeniosus omnibus musart culus in C. Vill. indulgentius, T. Servo arbitrio assertus. Hunc de interpolat modo Præfatus A.C. 1599. Ne Calixtus ingrediatur, pag. 62. Majorum fuisse (docti aperte in illo) usque post nūm, aut prius Ecclesiæ Scholæ gmate ubique Anne Lutherizant: si Lutherizanti affingere. A.

diora sonat. Audebisne & hoc allatrate, ac portentosi  
mendacii arguere? IV. a. s. p. 21 *impudens mendacium*  
*Vniuersitatis quod in sua D. Musæum*, Protestantum Eccle-  
siam omnes hæretici accenseantur. At hanc esse impu-  
dentem tuam calumniam, quisque videre potest in  
Disp. Musæana, præcipue locis à me in qu. 7. §. 1. itém-  
que in qu. 9. ubi ex instituto contra M. Ant. de Domi-  
nus Pontificis & SS. Cyprian. Augustin. &c. Ecclesiam Ca-  
holicam visibilem conflat ( ex sententia Lutheri & se-  
quacium communi , à qua tamen ipse solus non-  
nihil recedit ) ex omnibus cœtibus SS. Biblia & Baptismū  
minentibus, contenditque omnes eos cœtus esse veras, licet  
impuras Christi Ecclesias , quod etiam in 3. quæst. dis-  
cussum est. V. Quod p. 18. statum Ecclesiæ Rom. per  
Americā & Indias ac præcipue S. Xaveri f. uctu osum  
Apostolatum arrodis , vindicatum est §. 4. lib. de  
Ecclesia. cap. 4. VI. Lutheri doctrinam vix in paucis  
Germaniæ cœtibus SINCERE sustineri, non est, uti  
p. 19 *ingens calumnia*, sed verissima Veritas. Id ego  
illis omnibus omissis unico argumēto evinco. Sum-  
maria culus Lutheranismi, (ut ex ipso Lutherio pro-  
prium Cavill. xv. recitavi ) & præ quo reliqui de Papatu,  
Indulgentiis, Purgatorio, &c. potius nuga sint, est ille de  
servo arbitrio peculiari volumine contra Erasmus  
assertus. Hunc à plerisque omnibus Lutheranis val-  
de interpolatum, imò aperte desertum testatur non  
modo Præfatio Calvinistarum in illum Lutheri librū  
A.C. 1599. Neapoli excusum leđu dignissima, sed &  
Calixtus ingenuè fatetur, in Consider. Doctr. Refor.  
pag. 62. Maiores suos in variata Aug. Conf. inharentes re-  
tinuisse doctrinam de Prædestinatione Calvinisticam  
aperte in illo Lutheri libro traditam ) & pañim de-  
tinuisse usque post annum superioris saeculi xxx. Egid. Hun-  
nium, aut primum aut præcipuum fuisse, qui oppositam in  
Ecclesiæ Scholâ sg. reduxit. Quid si iam adderē de do-  
ctrina ubiquistico Helmstadiensi inviso monstror?  
Anne Luthericū? Si ita Iulianæ non SINCERE Lu-  
therizant: si non, quot numerabis urbes SINCERE  
Lutherizantes? VII. Quereris, Tibi me porro  
affingere Anarchiam Ecclesiasticam, & nihilominus

delirum & spiritu vertiginis actum affirmare , tenuissimi  
*Ecclesiae regimen admittere , nisi quod pro tempore & loco*  
*visum sit polissie congruere. At hæc bellè cohærent: Ve-*  
*rè enim non est illud regimen sacrum, sed merissimè*  
*profanum , quod inter Regalia solet nimirari, ut in*  
*Exam. Examinis Interr. IV. §. 6. ex Hulsemanno*  
*ostendi. VIII. Tūrpiter me mentiri ait p. 18. quod dixe-*  
*rim: Lutherum instantे fato desperationis plenam*  
*emisisse vocem ad suos : Orate pro Domino nostro D E O*  
*& eius Evangelio , ut ei bene succedat , quia Conc. Tridenti-*  
*nūm , & abominabilis Papa graviter ei aduersan̄tur. ] uti*  
*ex Iusto Iona, Vita Lutheri per Melanchthonem,*  
*Matth. Ritter Surius 1546. At eis demus libera-*  
*liter, eum dixisse , ut tu contendis : Orate D E M ut*  
*Evangelii doctrinam conservet nobis : Pontifex enim &*  
*Conc. Trid. mira moliuntur; adhuc verissimè dicitur hac*  
*vox plena desperationis , ac falsò eiusdem vaticinio*  
*è diametro repugnans, quâ 24. annis antè prædix-  
 erat; intra biennium OMNIA PAPALIA instar sumi*  
*évanitura ; & saltē in morte verificandum glorio-*  
*sum illud Epitaphium : TESTIS ERAM VIVVS;*  
*MORIENSERO MORS TVA, PAPA ! Plura de hu-*  
*iusvaticinii interpretatione tuā leges suprà de Notis*  
*Ecclesiæ §. xi. Quod superest, D. Medice , resorbe*  
*illa tua mendacia tam iniquè quam prodigè mihi*  
*afficta , ac sape deinceps rectius , & ad sobrietatem.*  
*Non te pīgeat vel à Reginarum ( quotquot sunt . fuerunt*  
*& forsitan etiam erunt , tuo iudicio ) Optimâ Maximâ*  
*discere non ctiminari porrò , quem ut Christi Vica-*  
*riū piè venerari debebas. Quod si tibi & hæc Optima*  
*Maxima esse desijt, ex quo Catholica esse coepit; cre-*  
*des saltē illi tuo gregali , qui è Batavis nuper Loyoliti-*  
*cum (ut vocat) gregem de aviti instituti violatione rēum*  
*agens apud ALEXANDRVM VII. R O M.*  
*PONTIFICEM Eundem in REGVLARVM*  
*SOCIETATIS IESV novā per Amsteloda-*  
*menses editione , verbis æternā memoriā dignis*  
*affa-*

ffatus est, ut  
 Protestantiu  
 illiusque age  
 nemini iniqui  
 ALEXAN  
 gerrimæ v.  
 humanam s  
 ille composui  
 minis alter c  
 ups dicatur  
 utriusque ge  
 in Germani  
 modò , Qu  
 tranquillitat  
 intonansque  
 donec tandem  
 trimum Reli  
 cordia ; Q  
 dictantem v  
 brevi audire  
 lenique impe  
 lexander A  
 Ferrea b  
 Quis  
 rudentiam  
 Pontificio in  
 non veneret  
 iuxta ac  
 Orbis medi  
 circumfusos

affatus est, ut sequitur. Pontificis Romani è cœtus  
 Protestantium hominem virtutes scribere,  
 illiusque agere Encomiasten, insolitum forte, at  
 nemini iniquum videbitur penitus rem intuenti.  
 ALEXANDRVM compello mentis inte-  
 gerrimæ virum, recta meditantem consilia,  
 humanam supra conspicuum eruditione. Tot  
 ille composuit nuper, quo eiusdem quondam no-  
 minis alter confecit bella; utsr verò illorum dein-  
 uts dicatur Magnus, habebunt facile, dum  
 utriusque gesta legent Posteri; an Domitor Asiae,  
 an Germanica assertor Pacis. Nec Germanica  
 modo, Qui non Vrbis magè quam Orbis studet  
 tranquillitati; Cuius mentem dissidia Principum,  
 intonansque Terris omnibus armorum fragor,  
 donec tandem sileat, tenet sollicitam; Cui  
 rimum Religionis caput, Christicolas inter Con-  
 cordia; Quem antè Monasterium Leges pacis  
 dictantem vidit, hinc &c. facile augurata, quod  
 brevi audiret Roma Dictator Perceivus. Quo  
 denique imperante spes ampla elucet, ut A-  
 lexander Augusti amulatus gloriam  
 Ferrea belligeri compescat limina Iani.

Quis porrò tantam tanti Viri non suspiciat  
 prudentiam, iustitiam, fortitudinem? Quis vel  
 Pontificio infensus nomini, ALEXANDRVM  
 non veneretur, non amet in Italia potentissimum  
 iuxta ac dignissimum Principem? qui ex  
 Orbis meditullio ad Pacem serio hortatur  
 circumfusos populos, nec patitur facile in Ro-

MANA

mana quam moderatur Ecclesia novos cudi errores, speciosa protrudi sophismata. Quidni inquam, Moralis virtus revinxerit animos, quos Intellectualis prius abiunxit? Ad DEV M proferamus omnes ergo.



## INDEX